

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292**

**Servetus, Michael**

**[S.l.], 1531**

Liber V.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

## DE TRINITATE.

patris glossant, quia nihil scripturae cum naturis, nec vocabuli proprietatis illud patitur, et substantia rerum sperandarum, non est ipsemet res speranda, seu natura rerum sperandarum, sed per substantiam patris intelligit Apostolus modum subsistendi et esse patris. Et hoc sonat dictio ἰπὸς αὐτῶν: nam paterna hypostasis relucet in verbo, et illa verbi effigies est homo ipse Christus IESVS, qui est huius rei character, de quo character infra latius.

## LIB. V.

Nomina diuinitatis insigniora sunt Elohim, et Jehouah, alterum Christi, alterum patris nomen de quibus est modo ad pleniorum Christi cognitionem dicendum. Interpretatur sum Elohim, id est deus et verbum eius, et clarius dicitur quod Elohim erat in persona homo, et in natura deus. Ex qua similitudine magnates et illustres personas vocant Elohim, siue hominum siue angelorum. Porro, lingua consuetudine pluralitatem hanc tribuunt Hebraei: Sed illi, ut soliti sunt requirenda, quaerimus testimonium IESV Christi esse Spiritum prophetiae, Apo. 17. Nam hac consuetudo antequam esse consuetudo

## LIBER V.

97.

consuetudo fuit instituta, et ita esse in hac sancta lingua  
 a Deo institutum, non est sine mysterio. Item dico de  
 Adonai sine Adonim, rationaliter enim potuit pro  
 hac re institui, et postetiam pro aliis dominis usur-  
 pari, sicut et Elohim usurpatur. Item, q̄ in Elohim  
 notetur pluralitas, probatur Josue ubi non solum  
 de Deo dicitur Elohim, sed  $\text{אֱלֹהִים}$   $\text{אֱלֹהִים}$   
 quasi dicat, dii sancti: ergo negari non potest, quin  
 aliqua pluralitas ibi notetur. Similiter Hierem. 10.  
 et 23.  $\text{אֱלֹהִים}$   $\text{אֱלֹהִים}$ , id est, dii vivi, dii viven-  
 tes. Et Psal. 89.  $\text{אֱלֹהִים}$   $\text{אֱלֹהִים}$ , id est, dii,  
 Iudices, ipsam pluralitatem, ut dixi, notavit Paulus ad  
 Gal. 4. dicens, Mediator autem unius non est, et plu-  
 ralitas haec est, q̄ sicut tunc Elohim erat in persona  
 homo, et in natura Deus: ita nunc Elohim Christus  
 est, secundum carnem homo, spiritu et virtute Deus.  
 Huius rei summe convenit, q̄ scilicet pluraliter inter-  
 preteris Elohim, id est Deus et verbum et verbum eigtamen  
 in singulari regimine positus, quia Deus erat ver-  
 bum. Eadem ratione Christus, prout erat apud Deum,  
 considerando indifferenter Jehovah et Elohim di-  
 citur, nam nomen Jehovah ab Elohim in lege non se-  
 paratur: ergo qui erat tunc Elohim, erat Jehovah,  
 quia Deus erat verbum, et ut saepe legitur, nullus  
 erat Elohim nisi Jehovah, et Christus ipse Elohim,

Sunt enim Elo-  
 him sine Ado-  
 nim multi, si-  
 ve in caelo se-  
 ve in terra.  
 1. Cor. 8.

## DE TRINITATE.

erat essentia fons, a quo omnes res mundi emanarunt. Sed dum prophetia ad futurum Christum diriguntur, nunquam nomen Jehovah sibi tribuit. Huius rei argumentum facit quod eisdem verbis, in lege et prophetis repetitur in lege ponitur Jehovah, et in prophetia qua Christum respicit, ponitur Elohim, ut Deut. 32. et Habac. 3. Similiter Isa. 54. Factor tuus est Jehovah, et redemptor tuus Elohim omnis terra vocabitur, multique aliorum locorum haec habitudo reperitur, et dixit Jehovah, ero vobis Elohim <sup>nam monarchia</sup> ad nos venit. Jehovah per oeconomicam Elohim ad nos venit, sicut deus per Christum regnat, alias enim Jehovah, est de se nomen separatum. Item quod vox Elohim ad Christum pertineat, est ratio, qua me summe movet, namque psalmi quos spiritus sanctus in Evangelicis literis de Christo interpretatus est, et quicumque alii scripturae loci, qui divinitatis nomen Christo tribuunt, loquuntur per vocem, El, Elohim, sive Adonai, praecipue per Elohim, et ipsemet Christus hoc clare indicat Psal. 45. Vocate, inquit, et videte, quia ego sum Elohim. Et Psal. precedenti, quod Christus Elohim esse dicitur, Apostolus interpretatus est. Et in ante precedenti Elohim et Adonai esse dicitur. Similiter alii praecedentes, et psalmi sequentes, eum esse Elohim omnes declarant, ut, Elohim vehementer exaltatus est.

Hic

Hic est Elohim, ipse reges nos in secula. Ex hinc ve-  
niet Elohim pulchritudine illustri Psal. 49. Nam q.  
iste ibi fit Elohim Christus, qui ceremonias legis re-  
probat, argumento Pauli 1. Cor. 10. et Heb. 10. patet.  
Item quis Hebraica et Chaldaica mediocriter edo-  
ctus ignorabit, Thomam non nominasse Jehouah quan-  
do dixit, Dominus meus deus meus. Joan. 20. Visisti  
ne unq̄ illud affixum, meus, addi nomini Jehouah? ser-  
tare ergo, et qui ignorare velit, ignoret.

Item alia ratione, et est notabile mysterium, nam  
YHV: quod est salutare et salutare Christus nunq̄ iun-  
gitur nomini Jehouah, sed nomini Elohim, ut Habac-  
ruc. 3. Psal. 17. 23. Esa. 12. Mich. 7. et aliis q̄ pluribus  
locis, ubi ultra nomen Jehouah addi solet de יהוה

YHV: qd̄ est iudeus, princeps, saluator noster, sa-  
lus et salutare Christus et Euangelium, hoc saluta-  
re Christum esse interpretatur Lu. 2. et 3. et Acto.  
ulti. Eadem ratione angelus, nomen IESV saluatorem  
interpretatur est. De eodem, iuxta dictum Habacuc di-  
xit Maria, Exultabit spiritus meus in deo salutari  
meo, Habacuc enim dixerat, in Elohim salutari meo.  
Et licet Jehouah dicatur saluare, quia per Christum  
saluat, tamen nunq̄ coniungunt, nunquam legitur

YHV: יהוה, sed quod est etiam notabile post no-  
men Jehouah, addi solet de יהוה יושב

VETUSTATE.

salutari eius Christo, Psal. 95. et 94. Et ita dicebat  
 Simeon, viderunt oculi mei salutare tuum. Hanc diffe-  
 rentiam mihi clare indicat Esaias cap. 25. Solet enim  
 repente spiritus historiam texendo sublimiora inter-  
 miscere, historiam texendo, subito in coelum rapit pro-  
 pheta, ad futuri seculi gloriam speculandam, ubi Chri-  
 stum et patrem oculo ad oculum videbunt, et dicent  
 hic est Elohim, Christus saluator. Similiter patre de-  
 monstrato, iste est Jehovah et letabimur in Jesuato,  
 id est, in Jesu eius יהוהו Jesuah, quod etiam ponit  
 Psal. 9. 12. 13. 19. 20. 105. et aliis q̄ pluribus locis.  
 Item nomen Elohim nunq̄ proponit nominis  
 Jehovah, sed contra semper dicit Jehovah, Elohim,  
 ut non solum ibi notetur, q̄ deus erat verbum: Sed  
 etiam iuxta dicenda exponi possit, id est, essentialis,  
 seu essentialis daturus ipsi Elohim Christo.

Nota myste-  
 rium, quod di-  
 catur spiritus  
 Elohim, et  
 non verbum  
 Elohim.

Item, alia ratione Christus Elohim esse clare pro-  
 batur, nam, cum verbum sit Christus, nunq̄ fit men-  
 tio de verbo Elohim, nec Elohim mittit aut suscitatur  
 verbum suum, quia non suscitatur nec mittit seipsum sed  
 cum Jehovah sit pater, recte dicitur verbum ipsius Je-  
 hovah, et de verbo suo et de verbo eius semper fit  
 mentio. Et licet nunq̄ de verbo Elohim fiat mentio, ta-  
 men de spiritu Elohim bene fit mentio, nam hoc ipsum  
 erat

erat Christi flatus, gen. 1. sicut et hodie spiritum  
Christum mittit a patre. Item Christum esse Elohim  
confirmat, quod supra dixi, hominem non ad imagi-  
nam Jehouah, sed ad imaginem Elohim factum esse.

Aliquibus faciet difficultatem, quod de nomine  
Jehouah dicitur, Hier. 23. et 33. sed etiam si Hien-  
salem ibi vocets, Jehouah iustus noster, parum conclu-  
derent. Solitum est enim cum illis additis rebus nomina  
imponi. Puto tamen alium ibi esse sensum, nam in uno  
loco ponitur relativum masculinum, quod refertur  
ad tribum Juda. In alio loco foemininum, quod refer-  
tur ad Hienusalem, de illis enim utrobique supra proxi-  
me fecerat mentionem, et post addit יהוה יי

יהוה יי קר רטו, id est, et hoc  
nomen eius, qui vocabitur eum scilicet Judam, Jehouah  
iustus noster: et in alio loco similiter ait, ipse qui vo-  
cabitur eam scilicet Hienusalem, est Jehouah iustus no-  
ster, sicut si dicas, Deus pacis vocavit nos, id est, in  
pace vocavit nos, vult dicere, q. sub nomine iusticie  
vocabuntur, ipse erit iusticia nostra, omnes enim  
iusti, postquam ipse nos gratis iustificaverit.  
Hanc iusticiam supra monui, non esse ex Lutherana  
fide, sed credentibus de deo Christum esse filium  
dei, sumus enim deo agniti, et a delectis iustificati,  
quando Christo credidimus, Acto. 13. et Apo. 3. Nam

DE TRINITATE.

cum essemus mortui per delicta, vivificavit nos et  
coelestem reddidit, Ephe. 2. Non est necesse, ut per le-  
gis opera, iusticiam, et dei amicitiam queramus, imo  
hoc esset a Christo diffidere, quasi non sufficienter  
ipse nos semel et gratis iustificaverit, in lege inquae-  
rebant, licet adipisci non potuerunt, nos tamen iusti-  
ficati, purificati et sanctificati per Christum sumus,  
Heb. 8. et 10. inimicitiae inter deum et mundum, quae  
per legem tolli non poterant, sunt per Christum sub-  
latae, factus est deus nobis propitius pater et nos  
filii eius. Et non solum hoc, sed etiam spiritus nobis  
dedit, ut futura gloria iam simul participes. Ephe. 1.

Facti iusti, eo  
sola, qui in  
Christo crea-  
didimus.

Iustificati in-  
stante gratia,  
qui eo, quod  
uni verbo  
credidit, fac-  
tus est amici-  
cus dei.

¶ Admiranda <sup>dei</sup> χάρις, quod impiissimi homines  
sini in conspectu dei facti iusti sumus deo per Chri-  
stum reconciliati, non imputando nobis peccata no-  
stra, et sic sumus sine operibus facti iusticiae dei et  
amici dei, 2. Cor. 5. et Rom. 4. in qua gratiam ac-  
quisita nunc firmiter stamus, ut ibidem sequitur Ro. 5.  
et 2. Cor. 6. Sed quid nunc agendum superest, postquam  
Christo credidimus et iustificati sumus, inquirant Lu-  
therani, si non inveniunt, dormiant cum sua fide, non  
sufficiebat eis fide Christi carere, nisi etiam charitatis  
mercede, et omni virtutis actione populum priva-  
rent, solo fidei vento homines suspendunt, et se ipsos  
tradunt, fidem se habere dicunt, sed ego nunquam  
intelligon



intelligere potui, quid est id quod habent, quod fidem  
 appellant, vellem quod liberius et sine violentia scri-  
 pturas acciperent, reiecta animi occupatione pessi-  
 ma, non enim est mentis Aristus, quando charita-  
 te, ieiuniis, et precationibus, nos in regno coelorum  
 thesaurizare, et copiosam mercedem in futuro se-  
 culo nobis parare dixit, imo sine hoc iustificatio est  
 inanis et in vacuum gratiam Dei recipimus, ipsa ta-  
 men violenter ad hoc faciendam populum trahere pu-  
 tant, charitatem autem habere, sed nihil vobis prode-  
 rit, vna segnes sua imaginatio homines facit, ut omnia  
 negligant, orare non curent, dare elemosynas est in-  
 utile: si de continentia, mortificatione carnis seu ieiun-  
 iis loquaris, magno cachinnis ridebunt. Dicam de his  
 alibi latius, hoc enim pronunc tangere fuit necesse,  
 ut ex hoc institutum meum probem, scilicet quae sit  
 illa Evangelii fides, quam ipsi quaerunt, ea enim fides  
 et salus nostra, est haec stulticia, scilicet Jesum Chri-  
 stum esse filium Dei Salvatorem, qui pro nobis mortuus  
 est, et resurrexit, per hanc stulticiam praedicationis  
 placet Deo salvari credentes, stulticiam cum Paulo vo-  
 co, philosophorum iudicio, quae tamen est sapientia Dei.

Nomen aliud super omnia sanctissimum 1777<sup>o</sup>  
 alii essentiam, alii generationem, significare dicunt,  
 utriusq; tamen comprehendit, interpretariq; sic

## DEFINITIONE.

potest  $\text{יהוה}$ , id est, essentia fons, essentiarum ge-  
 nitor, esse faciens essentiarum, essendi causa. (Abalitiis  
 sua secreta relinquo: Et plane dico, q. sub Iod schemu-  
 tum nobis indicat) est futurum pael, quod est signifi-  
 cationis actiuae, a radice  $\text{יהוה}$  seu potius  $\text{יה}$  mu-  
 tando iod in uau, et uocibus paruis in magnas, ut fre-  
 quenter fit, et interpretatur  $\text{יהוה}$  id est, essen-  
 tiabit, seu esse faciet, quod est ad Christum melius diri-  
 gitur, quasi Christum esse faciet. Nota magnitudinem  
 arcanorum, q. etiam in ipso dei nomine fuisse futu-  
 ri Christi nota, indicium, siue prophetia, Christus est  
 quem Jehouah a principio esse fecit, et non solum  
 ipsum esse, sed omnia per ipsum esse fecit. Mutatio  
 illa punctorum facta est ad similitudinem uocis  $\text{יהוה}$   
 sicut et interdum habet puncta uocis Elohim, quasi  
 et illarum significationem in se contineat.

Hanc illius uocis significationem comprobare  
 possumus Exo. 6. ubi erat magna facturus et resta-  
 turus Aegyptum, ideo nomen suum Jehouah, quod  
 est nomen tanta facientis, non cognitum patribus, di-  
 cit. Fuit enim patribus uisus deus, et cognitus sub  
 nomine El, Sadai, Gen. 17. 28. et 35. Ex quorum si-  
 gnificationibus hoc loco elicito, longe plura q. no-  
 men Jehouah importari, nam  $\text{יהוה}$  dicitur a  $\text{יהו}$   
 quod est vastitas, quasi vastator, seu omnia vastare  
 potest.

potens: et ita declaratur Joëlis primo et Ezaie 13.  
 וְיָוֹן וְשֹׁדֵד id est, quasi vastitas a vastante  
 similiter וְיָוֹן est fortis et potens, unde et Sadaï  
 quasi robustus vastator, sub quo nomine primum  
 Abrahæ manifestatus est Gen. 17. et hoc ideo ut esset  
 Abraham robustior in non timendo alios, tum etiam  
 ut perfectius in timore Domini coram eo ambularet  
 sicut dicitur, Ego Deus Zelotes, ignis consumens et  
 terribilis. Licet ergo eo nomine visus sim, licet  
 experti sint, me Sodomam et Gomorram vastasse  
 tamen adhuc non plene nouerunt me esse omni fa-  
 cientem, non nouerunt me sub nomine Jehouah, q.  
 est absolutius esse facientis nomen, qui tanta et tam  
 multa facio, sicut tu videbis in his, quæ contra Pha-  
 raonem sum modo facturus. Et hoc præludium de his  
 quæ facturus erat præmisit Deus antequam ad declara-  
 tionem nominis perueniret. Ita etiam post dicebat  
 scienti Ægyptiis, ego sum Jehouah, qui omnia esse  
 facio: Consequentia est valida, ut tanti Christianismi  
 plagis et vastationibus sciemus, q. ipse est Et Sadaï  
 et Jehouah. Sed non habemus oculos, induratum est  
 cor Pharaonis. Propheta rem magnam futuram pro-  
 phetantes, eandem solent facere illationem. Ezech.  
 25. 29. et 30. et 3. Reg. 20. ut sciamus, q. ipse est Je-  
 houah, qui tanta contra nos facit: non sufficit fiducia

## DE TRINITATE.

Jam cognoscimus quod digitus Dei est, nam hoc est  
 Magi Pharaonis dixere, sed non inquirebant, quid  
 peteret, qui tanta mala fecit. Nec nos inde documen-  
 tum carere volumus: maiori diligentia id animad-  
 vertebant Sacerdotes Philistin 1. Reg. 6. nec eru-  
 bescimus, q. Ethnicis in scripturarum operatione nos  
 superent. Præterea hoc generantis seu esse fa-  
 cientis nomen ex generatione mundi declaratur, et  
 ex loco primo, in quo illa vox a Spiritu Sancto pro-  
 ferri coepit, nam sex diebus nunquam vocatus est deus  
 illo nomine, quia nondum consumata erat gene-  
 ratio: sed generatione perfecta septimo die eo nomine  
 primum vocari coepit, repetitis generationis et crea-  
 tionis nominibus, ista, inquit, sunt generationes coe-  
 li et terræ quando creati sunt, in die quo fecit Jeho-  
 vah: ibi ergo dicitur rerum et essentiarum genitor,  
 ipse est pluvie pater, q. genuit stillas roris ab utero,  
 cuius egressus est gelu, et pruina coeli ipse genuit.  
 Item ex Evangelio Joannis, hoc dei nomen, in  
 eo solo, quod dixit, erat, declaratur, nam illud erat  
 verbi est hypostasis, ut dicam Libro 7. item ratione  
 verbi, ipsum Jehovah essentiantem et esse facien-  
 tem, Johannes declarat dicens, omnia per ipsum fue-  
 runt et sine ipso fuit nihil. Præterea per verbum  
 seu Christum generans esse declaratur, quia ab ater-

no et semper filium oraculo generabat, et per Christum potissimum illud nomen sibi conuenit, quia primo omnium filio dedit esse per oraculi additionem, per quam et alias res esse fecit: nam ut dixi Christi ante omnes est. Et ipsemet Ioannis 8. dicendo ego sum a principio sum, patris nomen manifestat, quia filius aeternale esse habet a patre.

Sicut essentia fons dicitur ~~fons~~ <sup>Deus</sup>, ita enim fons lucis, pater spirituum, et pater luminum dicitur, nec lucem hic de predicamento qualitatis intelligo. Sed quia a deo fluunt essentiales radii et radientes angeli, de eius thesauris a paterno pectore essentiales flatus tanquam filii ex utero patris egrediuntur, multiplices proficiscuntur diuinitatis radii, quo omnia sunt Dei essentia, et ipse est in eis. Nec est aliquid in mundo, quod uerius dici possit essentia, quam id quod Deus suo caractere subsistere disponit, eius enim accidentalia, sunt magis essentialia, quam nostra quidditates, nec mittitur unquam ad nos celestis numerus, in quo non sit eius essentia, lucem suam ad nos mittit, et hoc ipsum est ipsemet Deus semper enim est ibi: character hypostasis Dei et propterea Iehouah dicitur Zebaot, id est militum, quia essentia eius multitudinis numero militat, omnes illas

## DE TRINITATE.

militias et coelestes exercitus essentia sua splendore munit, diciq; potest. Jehouah Zebaoth, sicut dixi, Jehouah Elohim, quasi dicat, militias essentias et inde provenit, q; divinitatis nomen nominibus angelorum est imixtum, quia eius essentia est eis imixta. Vider hic plures Deum habere essentias, non enim possunt dici plures res in una essentia, sed bene e converso: imo dico q; omnium rerum essentia est ipse Deus et omnia sunt in ipso.

## LIB: VI.

Cognitionem quam de Deo per Christum acquirimus, (si capacitatem tuam solido rationis iudicio examinaveris) facile agnosces. Est enim Deus per se incomprehensibilis nec imaginari, nec intelligi, nec expogitari potest, nisi vultum aliquem in eo consideres, et hoc ipsum est Christi effigies et verbi persona, nam oraculum illud, Christi persona, ut supra dixi, personatum q; erat apud Deum, erat ipse Deus: nec erat in eo alius vultus, nisi iste, et hoc ipsum est facies Iesu Christi. Et noticiae aliae, quas de rebus indivisibilibus se habere iactant Sophistae, nihil sunt. Stultitia est in conspectu Dei a suis Phantasmatibus et simulacris sentiri.

demen